



audire vult quidquid a se exigit Deus. Ita sese certis cancellis coercens, multo laxioribus, quam quos sibi re adhuc integra constituerat, eam vitæ rationem sequitur, quæ hinc quidem naturæ vim minime inferens, inde vero satis frugi credita eidem maxime aridet. Verum neque in hac perfisset diu; paulatim in eum rediit statum, in quo erat, antequam sese Deo devovendi consilium cepisset. P. Surin. Tomo 2. Dialogorum Spiritualium.

Nimis libera conversatio officii devotioni.

Conversatio, in qua nimis evagamur, plures ad primos errores, veteresque defectus reducit. Statim ac devotus aliquis, licet ad summum perfectionis apicem pervenerit, incipit cum proximo, non dicam licentius, & nequius, sed minus caute conversari; statim ac sui in conversatione obliviscitur, neque modestiam satis attente tuetur; devotio illius sensum tepescit, ita ut paulatim amittat, quidquid virtutis fuerat adeptus. Conversatio res est necessaria; ultra citroque cum aliis consuecere opus est; at ibi spiritum devotionis servare difficillimum. Si eo in coetu, in quo sumus, humanitas inanibus sermonibus, dideris, jocisque indulgemus, statim animus nossem patitur. Ex eo conventu dilabuntur mente quidem caligine quadam obscurata, corde arido; & si hujus generis conversationes frequentiores fiant, omnino devotio tota laxatur, & evanescit. Idem.

SUPPLEMENTUM.

Vera virtutes peculiare habet notas, ex quibus facile cognoscitur.

Atendum est veram virtutum illustres quasdam habere notas, ex quibus facile cognoscitur. Lumen est, S. Augustinus ait, quod omnia detegens, seipsum melius detegit; aurum mundum est, quod facile a quibuscumque metallis separatur; exemplar autographum est, quod non ita belle exprimitur, ut ab aliis exemplis non dignoscatur. Fateor equidem inesse virtuti æquivocos characteres qui fallere possunt; verum non desunt alii certissimi, qui cum illis sint proprii, omni vacent suspitione. Humilitas sine adfectione, charitas sine exceptione, spiritus lenitatis erga alios, & severitatis in se, perfecta, ac realis integritas, uniformis æqualitas in prosperis, tranquilla patientia in adversis, hæc omnia pravis non sunt subiecta iudiciis; & illis nemo audent hypocritis nomen appingere. P. Bourdaloue in Dominicali.

Vera virtus a falsa distinguitur ex principio, causa, fine.

Vera Christiana virtus a falsa dignoscitur, ex principio suo, quod Deus est, & gratia, que illi tribuit valorem, ac premium; a causa, quæ semper naturalis est, & præbet illi nitorem, quo circum talget; a fine, qui est placere Deo, & salutem suam operari. JESUS CHRISTUS verum exemplum est omnium virtutum, quæ veræ sunt. Sancti vero tabulæ sunt, quæ illum imitantur ad unguem. Ne unquam ex oculis vestris excidant magna hæc exempla. Vultisne cognoscere, an virtus vestra sit vera necne. Ad examen revocate, quodnam sit earum principium, causa, & finis. Ne confidatis in actionibus exterioribus, quantumvis laudabiles videantur, nisi animata fuerint charitate, quæ illarum est anima; non aliud sunt, nisi externæ species virtutum. Contendite placere Deo in iis omnibus, quæ facitis, & Dei gloria, JESU CHRISTI, Sanctorumque imitatio, salus animæ vestræ semper sint virtutum vestrarum causa, & finis. P. Croiset in Asceticis Exercitationibus.

Cur plerumque videntur appetant devotum, ac virtute prædantur.

Privilegium veræ virtutis alleitur; fulgor illius perstringit oculos, ut ita dicam, animæ suapte natura superbiat. Verum cum veræ virtutis exigat exitus aliquot violentias, quas sibi quisque debet inferre, ut solidam virtutem assequatur; amor proprius, cui hæc displicet violentia, querit solum virtutis speciem, quæ nitore suo fallit, persona hæc blanda explet superbiam, quin perturbet animi cupiditates, & amor proprio incommodet. Superficialis adfectatur lenitas, fucata modestia, humilitas, quæ in verbis subsistit, & in oris habitu ad fallendum composita. Omnia bona opera, quæ nitent, adoptantur; omnes devotiones, quæ in usu positæ sunt, arripiuntur, & per impiam simulationem videri volunt, quod non sunt, ut quod vere sunt, lateat. Idem.

J. C. horret hypocritas. Matth. 23.

Væ vobis Scribæ, & Pharisei, ait JESUS CHRISTUS; similes quippe estis sepulchris dealbatis, quæ extrinsecus hominibus formosa videntur, sed intus repleta sunt ossibus mortuorum & omni genere sordium. Ita vos extrinsecus viri boni videntur,

mini, & intus repleti estis hypocritis & iniquitate. Væ vobis Scribæ, & Pharisei hypocritæ, pergit Saluator, quia clauditis Regnum Cælorum hominibus; quia illuc neque vos ingredimini, neque finitis ingredi eos, qui accedunt, ut ingrediantur. Væ vobis Scribæ, & Pharisei hypocritæ, qui solvitis decimas menthe, anethi, & cumini, & qui dereliquistis quidquid in lege præcipuum est, iustitiam, misericordiam, & fidelitatem: hæc quidem faciendæ erant, neque illa omittendæ. Duces cæci, qui bibentes incerniculo utimini, ne culicem deglutatis, & camelum deglutitis. Væ vobis Scribæ, & Pharisei hypocritæ, quia extimam calicis partem abstergitis, & intus pleni estis dolo, ac rapina. Progenies viperarum, quomodo iram venturam effugietis? P. Croiset in anno Christiano.

Timor etiam quam hypocritæ habentur non debet efficere ut a bona levia infestamur.

Ecce, quod quotidie intuemur nos Ministri JESU CHRISTI, sequestres secretorum animarum, ac sensuum earum. Ecce quod adhortationibus nostris ad animos permovendos artificiosè omnem earum virtutem auferit, & irritum facit ministerium nostrum apud tot fideles ignavos. Ad pietatem quidem proni sunt; norunt, quid sibi faciendum sit, atque ad id obeundum sunt paratissimi. Nos pro virili eos impellimus, ut suo muneri satisfaciunt; nos illis utilitatem, & necessitatem oculis obijcimus; videntur ipsi acquiescere dictis nostris, nec non consilium iniisse ea in proxim redigendi; sed ubi primum operi manus est admovenda, fucata ingruit cogitatio, quæ injicit moram. Quid de me loquentur? Credentur, me pietatis causa operari? Sanctissimæ quilibet actionis meæ atque adpergentur veneno, rectæ intentiones meæ in pravum sensum torquentur, eque in ritum traduntur. Nonne ita subsistit in eo statum, ex quo homines emergere cuperent; & ad evitandam hypocritam vel saltem hypocritis nomen, & famam, ut ita dicam, in hypocritam aliam dilabuntur? Si enim hypocritis est habere speciem pietatis, quin pietas ipsa habeatur; nonne alia hypocritis est gerere in se pietatis sensum, pietatis illuminationem, ipsamque pietatem; & extrinsecus operum profusus habitum adfectare, in speciem damnare, quod intus probatur, & probate, quod intus damnatur; mundi partes suscipere, cum illius corruptio cognoscitur, cum illum secreto perhorrescimus, & ploramus, quod cum illo impliciti sumus; deserere vias Domini, cum illis rectissimas, rursusque nos esse judicamus, & cum felix animi propinquo ad illas perducit, ut verbo me expediam non omnino alios ostendere ab illis, qui re ipsa sumus; P. Bourdaloue in Dominicali.

Qui pietatem profitentur, ubi de devotione sermo est, facile decipiuntur. Hanc in exercitiis religionis mere exterioribus collocant. Multa orationes, confessiones crebræ, sed modicum correctionis. Habetur quidem zelus pro aliorum perfectione, sed propriis cupiditatibus non indicitur bellum. Numquid operam impendimus, ut mores nostros reformemus, animi ægritudines cohibeamus, ingenium emendemus, & nosmet veros, fidelesque Dei servos ostendamus? Numquid serio ad rutinam vitam, in qua passim labi consuevimus, revocamus? Sumusne iracundi, furentes, diffidiles, elati? Numquid familiaræ nostræ curam negligimus; numquid erga domesticos, & qui nostro subsunt regimini, severi nimium sumus? Numquid morosi, mobiles, fastidiosi? Corrigiturne eas noxas, quæ cum Christiana virtute simul esse non possunt? Correctio nostra certissimum est nostræ pietatis argumentum, P. Croiset in Asceticis Exercitationibus.

Discrimen quod solidam inter, fallacemque pietatem invenitur, est, quod hæc adfectat, quod in hominum oculis nitet. Virtutem tantummodo sequitur, ut gloriam consequatur; bonum operatur, ut laudibus cumuletur, & in omni vitæ via ratione mundi admirationem sibi proponit. Id unum querit, quo apud illum crescere valeat. Ideo secreta fugit loca, quæ illum admiratoribus suis subduceret; & semper se proferit, ut quocumque effundat fallacia luminis, quæ postquam rudium, infirmorumque perfrinxerunt oculos, illos etiam seducant. Solida virtus, & pietas vera et contra celat homines virtutes suas, eaque mundo, qui illis dignus non est, subtrahit, atque ab omni commercio secerat, ut Deo sit gratior. Non alios quarit vitæ suorum testes, nisi eum, qui futurus est ipsorum iudex, & premium, & si quando subduci illos mysticis umbris, quibus tegebantur, & e secretis locis, ubi cum An-

Oppositi charitates veræ, & falsæ pietatis.

gelis versabantur, ut cum hominibus agant, imprimi in animabus illorum plura timorem, qui eos tuetur a fallacibus illecebris, quas vel adhibet affectatio per inanes plausus, quibus virtutem extollit; vel quas ipsa etiam vult offerre iustitia, ut tribuat quidquid eorum meritis congruit. Sancti nihilominus habent unde utringue extimescant; quæcumque ipsi deserantur laudes, hæc nunquam apud illos suspicione vacant; & seu qui illas tribuant, iustum meritum eorum deserant obsequium, seu nequitia hæc utatur arte ad virtutem eorum faciendum periculum, his non moventur honoribus, & Deo acceptam referentes gloriam, quæ sibi deserunt, nihil dumtaxat sibi reservant. Auditor recens.

Mundus contra pietatis.

Plerumque piis hominibus vitio vertitur, quod in aliis, tamquam egregie dotes, celebratur. Si Devotus propius domesticis negotiis suis invigilat, spiritus est habendi desiderio tatus; si caute vivit, ac prudentia utitur in rebus suis transigendis, diffidentia, & calliditas arguitur; si in iudicio venit, ut jus suum tueatur, vigilatior habetur: si amplissimum virorum rationem habet, assentator est, & politicus; si prohibet, ne a quopiam opprimatur, jam ultionis est cupidus, violentus, iracundus. Hæc autem qualitates omnes, in eo, qui nullo in discrimine pietatem habet, erunt vigilantia, dexteritas, prudentia necessaria, rei domesticæ cura; sed in pio viro sunt litium amor, avaritia, dolus, duplicitas, ira, & aliquid fortasse deturitur. Ab hoc exigere volent, quod ab alio iuste exigi non posse arbitrabuntur; volent, ex quo ille virtutis causam amplexus est, non solum jam quocumque vel levissima labe carere, verum etiam non suffi æquissima rerum suarum cura. P. de la Rue in Quadragesima.

Ejusdem arguendi.

Centores, respondeat mihi. Devotus nunquam mitat omnibus curis rerum suarum; se, suaque diripi permittit, omni familiar, siliorumque suorum sollicitudine vacet; nihil ducit existimationem suam; nullam habet personarum rationem: statim nonne dicemus hunc feris similem esse, imbecillum, indignum vita, & humani generis opprobrium? Quænam igitur vestra libido est, & improbitas? etenim quocumque tandem via sequatur pietatem, vita illius semper est vestris increpationibus obnoxia. Quid illi eas vitatorum reliquum est? nisi ut pietatem abdicet, placitis vestris adhaserit? Tunc præclaris illius dotibus favebitis, & infirmitatibus eius suffragabimini, in virtutem convertetis, quidquid in illo vobis odiosissimum videbatur. Erat, licet pluribus diffudit vitium, bona fides, honor, probitas ipsa, quæ omnia, sententia vestra, longissime præstant pietati. Attamen juxta hæc rationem mundum contra Fideles furit, imperfectiones illorum exaggerans, intentiones illorum veneno insiciens, & in totidem crimina vertens infirmitates eorum ingenio, ac naturæ inherentes. Si adversum illos non alia adferuntur hypocritis probationes, quam præventiones hujusmodi, probis vestris lædi non possunt, & veri devoti non ita infrequentes sunt, ut arbitramini. P. de la Rue in Quadragesima.

Genus descriptio hypocritæ. Nonnulli in morte de regitur.

Si videritis hunc hominem simplici indutum veste, facie pallidum, in verbis cautum, in responsionibus modestum, in orationibus suis meditantem, affabilem cum iis, qui illum conveniunt, inimicum vitiorum omnium, atque incontinentiæ; pauperum egestati consulentem, in prandis austerum, in muneribus omnibus obeundis sollicitum; ab iis, quæ magnificentiam redolent, alienum; O Sanctum hominem! dicereis; o præclarum virtutum omnium exemplar! Sed si post illius obitum in ejus conclavia adduceremini, ut cognoscereis illum nonnisi in mollibus culcitris recubuisse, præter Asceticos libros, quos ostendere adfectabat, diligentissime alios adfervasæ amatoris fabulis, nodisque diffluentes; pro aliquot elemosynis, quas palam erogabat, contractum, quibus teterima usura labe adpersa est, singrapsas sedulo congestisse; pecunias non desuisse illi aditus, quæ fidelis, tutique famuli ministerio pellicæ ab ipso enutritæ adrepebant. Si Deus vobis hujus hypocritæ cor aperiens ostenderet, hunc non aliud quævisse, quam fratribus fucum facere; sub specioso integritatis integumento avidam ac inexplabilem animam celasse; orasse, ut videretur; jejunasse, & exiguis erogasse stipes, ut licet in speciem adfectata adverseretur modestia, rumor in populum effunderetur; cæterum per mollem, suavemque vitam, quam ducebat, optime novisse reparare damna abstinentiæ suæ, cujus non alia erat causa, quam libido, ac

vanitas, redigere creditores suos ad impatientias necedendo moras, & efficiere, ut illi de suo abunde supplerent manusculis, quæ ab ipso Templis, atque pauperibus tribuebantur; nonne statim intelligemus piæ errorem, in quem vos fidei illius virtutes conjecerant? Nonne viderimini nonnisi post hominis mortem palam videri posse bonum, vel malum, quod operatus est? In fine hominis denudato operum Eccl. 11. ejus. P. Croiset in Asceticis Exercitationibus.

Nunquam in iis, quæ ad Religionem pertinent, Mundus magis perspicax fuit, & inter illos, qui mundani sunt, plurimos inveniunt, qui, vel quia ipsi ita persuasum est, vel ob vanitatem, de sanctis veritatibus sapienter loquuntur. Si eos vides, terrenis tantummodo rebus occupati sunt; si audis, magistrati auctoritate de celestibus decernunt. Mundus flagitiosus est, & diverse invenitur contra flagitia. Delicatus hypocrita in illius ore ponit sublimitia, quæ non habet in corde. Multo minus humana ignorat officia; quilibet inde artem confingit, & eloquentissime differit. Hæc proprie est scientia, veluti mundi religio, familiare argumentum sermonum illius, & oti eisdem oblectamentum. Ita frustra errores nostros adscriberemus illi placitis, quæ ut plurimum ita scita sunt, ut in iis, a quibus ostentantur, nihil nisi major in iis sequendis sedulitas requiratur. Sermo 5. Academia Anni 1703.

Satis esse non debet mundos esse, & puros corpore; puritas hæc parvi momenti est, nisi comes accesserit puritas mentis, ad quam acquirendum pro viribus nobis contendendum est, si omnino mundos esse desideramus. Quam jure increpantur illi, qui priori contenti de posteriori non essent solliciti; hypocritas esse, qui nihil nisi ad occupandam peritiam hominum existimationem faciunt, solius gloriæ sensu permoveri, ac tandem similes esse dealbatis sepulchris, quæ ad Principum, summorumque Ducum gloriam attolluntur. Auri nitore, architecturæ magnificentia, ornatum decor, calaturæ nobilitas, totum denique opus inventum admirationem cient; & nihilominus repleta non sunt nisi cineribus, & corruptis cadaveribus. Hoc olim Mundi Salvator exprobrat Scribis, & Phariseis: ita illis ostendebat puritatem, & munditiam corporis sine animæ puritate inutilem esse. A tanto hoc Præceptore discendum nobis est alteram sine altera non inutilem esse tantum, sed nobis esse gravissimum damnationis argumentum. Sermo 5. Academia Anni 1677.

Quot mortales arbitrantur, se recta in Cælum ituros, pacatam, suavem, tranquillam & sine ulla oppositione vitam ducentes, & altera ex parte quantum fieri potest in pace cum proximo viventes. Quam longe falluntur molles isti Christiani, qui putant se posse sequi JESUM CHRISUM spiritibus coronatum, donec incedant per viam floribus stratam? & sciunt, illos qui passionum laboribus ita nequaquam fuerit participes, neque gloriæ suæ futuros esse confortes. Piis hinc hominibus, qui vitam dulcem, ac jucundam sequuntur, adijcimus eos, qui illusionis, errorisque viam sequuntur. Plures horum species videntur. Alii percussis externo Religionis fulgore inhaerent magnificæ huic speciei, quæ ipsis placet, cum interim negligunt essentialia ejusdem officia, quæ illis incommodant. Alii in speciem magis spirituales, sed ipsa parum illuminati, condemnant primorum crassitatem, a fidelium cœtibus procul absunt, contentum omnes piæ exercitationes, quibus alitur pietas; ut Deo in spiritu, & in veritate serviant, cuperent a Religione amputari angustas ceremonias, quibus efficitur adeo venerabilis. Afferri hujusmodi spirituales non sunt, tamen omnium periculossissimi; sunt etiam quorum errores magis pertimescendi sunt. De recentibus contemplationis deditis loquor, qui commentitias perfectionis superbo conceptu pascuntur; homines, qui semper hærentes Deo credunt sibi opus non esse Mediatore, vel Evangelio; homines, qui esse recipientes in superiorem animæ suæ partem, sedem perpetuam, ut ipsi dicunt, gratiæ, & veritatis, non dignantur amplius regere motus partis inferioris, eamque in cupiditatum omnium prædam relinquant; homines, qui in spirituali vita se invensile putant secretum, quod ipsum fugerit Dei Filium, videlicet intrinsecus servandi cordis puritatem, sese tradentes omnibus naturæ corruptionibus; homines denique, qui in omnia sese immergunt &c. Sermo secundus Academiae An. 1695.

Non desunt in mundo politici Devoti, qui sibi infatigabilem laudant, quasi mediam invenierint viam ipsi nec est vitæ quæ

Spī negotia cum negotio mundi conciliare.

Amor

Amor

Amor

Amor

Amor

Amor

Amor

Amor

Amor

Amor

Amor

Amor

Amor

Amor

Amor

quaque molestam, se se Deum intor, ac mundum parientes, qui alteri quidem placere volunt, quin alteri displiceant, & qui fortunam cum virtute conciliare conantur. Ne speretis vos vitiosos in his nobilibus illos, ac generosos, qui fructus sunt fidei constantis, & generose. Non admittunt in celesti ope confidunt, & ne quid periclitentur in bono, quod agunt, cum Providentia paciscantur. Videbitis sepe illos facere, ut prorsus humanis considerationibus cedat quicquid in Religionis sanctissimum est. Tamen si eos auditis, nihil eorum agendi ratione æquius est. Omnia apud illos ad Sanctuarii pondus appenduntur; nihil est in actionibus suis, quod a ratione, sapientiaque abhorreat. Timor illorum prudentia est; inanis eorum pavor est circumspectio. Opus est, ut zelum suum insigniant in conatu quodam Deo quidem glorioso, Ecclesie vero perutili; quot non preterunt causas, ut secum disponent? Illi sibi dicunt nimiam festinationem esse vituperandam; in rebus magni momenti nihil esse periculo obijciendum; & querendam esse certitudinem auxiliorum, quæ deessere possent. Ad examen revocant, deliberant, ambigunt, & ratiocinantur, circum undique non vident nisi obices undequaque, nisi absurda, nisi difficultates. Verentur, ut se committant, impediantque is rebus, quæ sibi negotium facessant; ut sibi provocent inimicos: verbo, omnia, præter Deum unum, formidant. Gloriz Dei curam deserunt, utque ei fervientes sibi parcant, nihil propter illam exequuntur. Neque ideo dixerim non esse prædenter consulendum in iis, quæ propter Deum aggredimur; sed timida politica a prudenti moderatoque zelo abest longissime. *Ibidem.*

Amor

Amor

Amor

Amor

Amor

Amor

Amor

Quotuplices vias ingrediuntur homines, quin eorum pericula norint? Vias superbiæ, & ambitionis; vias suavis, & commodas; vias illusionis, & erroris; vias cautionis, & politica; vias pertinacitatis, & cupiditatis: vias procul dubio periculosissimas, quia per illas inceditur contra Dei voluntatem; quia gressus omnes, qui in illis sunt, totidem sunt lapsus, qui juxta Sapientis sententiam deducunt tandem ad mortem. Sed quomodo malum hoc evitandum est, ubi semel has vias ingressi fuerimus? In iis cum voluptate percurritur, quia quisque suum sequitur studium. In iis cum securitate ambulatur; quia quisque putat se rectam tenere viam, & in via exitu sperat se inventurum locum deliciarum, & quietis. Fanesa persuasio, fatalis error, qui hominem ad sapientiam adducit infelicitatem per viam eandem, per quam se ad supremam credebat felicitatem perventurum. *Ex eodem sermone.*

Amor

Amor

Amor

Amor

Amor

Facilius est insignem peccatorem ad Deum revo-care, quam pseudojustum convertere. Ille lentit suam infelicitatem, hic non item. Ille seipsum condempnat; hic semet propriis manibus coronat. Ille nonnumquam imitatur Publicanum, & per humilem criminum suorum confessionem Dei misericordiam promeretur; hic Phariseo similis textit sibi elogium, vel apologiam, & per superbiam iudicium terribile sibi constat. Ipse etiam virtutes lux non-nihil conferunt ad eum decipiendum. Peritridus fulgore alicuius actionis pie sibi complacet, magis magisque inhaeret sensibus suis, & adorat quodammodo suas cogitationes, cum interea extrinsece veri numinis adorator videatur. Ita ad examen non revo-cat quinam sit status suus, de alieno tantum sollicitus pro aliorum conversione precatur. Quod ad ipsum pertinet, securus gratiz non laborat petiturus a Deo ea lumina, quæ de mentis humanæ erroribus triumphant. Non clamat cum Propheta: *Notam fac mihi viam, in qua ambulem;* cumque non elegerit ut beatus ille Princeps viam veritatis, infuscus currit in certum interitum. Tunc omnis curationis spes illi adimitur; tunc non cogitatur amplius de iudicis suis, moribusque reformandis, & de redeundo in rectam viam. Nullus amplius timor est, nulla anxietas, stimulus nullus. Conscientia, quam magnus quidam Episcopus cordis Evangelium, & gratiz echo appellat, ne verbum quidem profert. Presenti contentus, de futuro non sollicitus fruitur animus plena requie, perfecta securitate. Status funestus, ubi amor proprius in anima regnat, omnes illius motus regit, eamque per viam suam, ac faciliem ad miseritimum mortem adducit. *Sermo secundus Academiae anni 1695.*

Amor

Quomodo nam fieri potest, ut humana mens sit ita ad se fallendam apta, & industria? Magnis abstinere sceleribus, sibi ea, quæ nitent, solajia in-

terdicere, modestis uti indumentis, compositum oris habitum præferre, per intervalla piis coetibus interesse; querere tamen omnia tranquillæ conditionis comoda, sine intermissione contendere ad extrinsecum inter se, & dolorem propugnaculum, quod omnis humanarum rerum inconstantia nequeat evertere; necessaria sibi potare, quæcumque molli-tatis spiritus excogitare velit, hoc apud pseudo-de-votos audit, vitam ducere christianam; hoc falsi Directores putant sibi tantum licere, aliis autem non item; quia opus habent, ut ajunt, summeptio-rum curam gerere, ac sibi propter proximi salutem consulere. Quam fanesa illusio! quam horribilis ce-citas! Aserta illorum pietas oblectatur rebus tan-tum externis; gaudet palam proluxas orationes ha-bere, bona sua superbe pauperibus erogare, quin alium præterquam vanitatis fructum inde percipiant, Plaudunt sibi quod in oculis propriis sapientes sunt, & in seipsis prudentes. Denique secundam iustitiam se agere arbitrantur, cum etiam rem suam quaerunt, & propriæ voluntatis lux complementum. Quid hac preventionem est iniquus? *Sermo tertius Academiae anni 1695.*

Si hujus sæculi Pharisei rite coram Deo cogita- rent, quænam sint opera, de quibus gloriantur, seiplos agnoscerent in ea tabula, quam Salvator olim proposuit de Scribis, & Phariseis legis anti- que, quibus tanta erat cura servandi Traditiones humanas, & Dei præcepta observare negligebant, Fatendum illis esset inhiatum adesse discrimen inter apparentem eorum iustitiam & solidam virtutem eorum, qui vere sunt Servi Dei. Cur enim non pu- tant eam, quæ Pharisaica pietas vocatur, esse phan- tasma, quod lex nova dissipaverit? Viget, hodie-na die viget adhuc, & fortasse product in infel- lectus magis periculosos, quam in Phariseis Syna- gogæ. Tanta est eorum miseria: sibi complacent non solum in iis, in quibus aliquam habere possunt lo- cum semet inquirendi, sed in illis, quæ magis con- temnere, & odisse debent. Semper summeptio-rum contenti, semper ad gloriantium parati nullum in operibus sui errorem deprehendunt. Dummodo ali- quam extrinsecam speciem servant, dummodo de ar- ticulis fidei non dubitent, & extrinsecus divino cul- tui adhaerescant, insignem sibi sanctitatem adesse gloriantur. Quid fuesit hanc via, quæ illis recta videatur? Sicuti illi nequaquam secuti sunt Dei Fi- lium, quæ unica via est, quæ ducit ad vitam, deerraverunt, & Deus ille terribilis, atque ulior scelerum illius terrorem suppliciorum omnium tor-quet; videlicet hanc deplorabilem cæcitate, quæ est pena peccati; & ita via hæc, quæ illis iusta vide- tur, illos ad mortem adducit. *Sermo tertius Aca- demie anni 1695.*

Tale est periculum fallacis hujus viæ de qua lo- quitur sapiens; nihil difficultis relinquunt, quia ni- hil majores habet vires ad alliciendum. Lata est, & late patens; in illam cum omni fastu ac pompa mun- di licet ingredi. Sævus est eam sequentibus; cor, quin in omnimodam erumpat licentiam, libere illic agit ad suorum desideriorum arbitrium; violentia, quam sibi quisque inferre debet, extoritur est. Pœnitentia illic invenitur vel omnino neglecta, vel æque blan- da ac scelus; & si crimen, & iniustitia illic non do- minantur, id ulvenit, ut peccatus ad virtutis um- bram melius frui liceat erroris illecebra, & melius fovere illusionem, quam quisque imbut de sua sa- lutis negotio. Et sane, si in hujusmodi viis palam grassaretur scelus, nulla ibi securitas inveniretur, nulla ibi spes collocaretur; & nemo indas peccati foveat illusionem, quam quisque imbut de sua sa- lutis negotio. Et sane, si in hujusmodi viis palam grassaretur scelus, nulla ibi securitas inveniretur, nulla ibi spes collocaretur; & nemo indas peccati foveat illusionem, quam quisque imbut de sua sa- lutis negotio. Et sane, si in hujusmodi viis palam grassaretur scelus, nulla ibi securitas inveniretur, nulla ibi spes collocaretur; & nemo indas peccati foveat illusionem, quam quisque imbut de sua sa- lutis negotio.

Virtutem ex libidine amare, quin statim virtus omnis intendatur ad ingenium suum corrigendum, amare virtutem per otium amorem, non ut nosmet Deo devoteamus, sed ut mundum evitemus, ac sua officia evitare, non quod periculosa sunt, sed quia molesta, virtutem amare per conspirationem, & mor-

Invenit-ur Phari- sei inter Salvatoris discipulos que ac in Synagoga.

Quam dif- ficile sit errorem everti, quo im- plicatus es, & quæ-

Falsæ pie- tatis im-ago.

& mordicus adherere illis, qui electi fuerunt tam- quam oracula, ceteris quibuscumque viris bonis possiditis, esse virtute præditum per statum, & non solum secundum statum suum, quasi devotio ex se sola peculiarem statum efficeret, qui te debe- ret subtrahere functionibus ceterorum statuum, te- que inutilem reddere mundo reliquo; devotionem usque ad superstitionem extendere, quæ utriusque limites dignosci valeant; devotioni addere singula- res usus, adfectiones, atque ridiculas vanitates; mixturam facere superbiæ, & humilitatis, parsimo- niæ, & prodigalitatis, licentiæ, ac pœnitentiæ, fer- rietatis, & lætitiæ; devotionem habere curiosam, inquietam, & imperiosam; sibi persuadere, devo- tionem conferre jus sciendi omnia, sese omnibus immiscendi, & de omnibus disceptandi; devo- tionem tamquam virtutem suam instrumentum statuere, atque ut omnia verbo complectat, illam in artem redigere; hæc falsæ pietatis imago est, vel ut me- licus dicam, imago pietatis chimericæ. *P. De la Rue in Adventu.*

Hypocrita homo est, qui sui meritis ebrius ni- terere querit, amplectens omnes publicas bona o- pera efficiendi occasiones; secretas vero negligens; religioni sibi verens ea, quæ permissa sunt, con- demnans ea, quæ nullo sunt in discrimine, quin fugiat ea, quæ criminosa sunt, nisi vereatur, hoc in vulgus proferendum. Liberalis est erga paupe- res, creditoribus durus, zelo ardens pro aliorum salute, in lux vero negligentissimus; qui sibi vitio verteret palam ridere; & secreto detrahere nihil ad religionem pertinere putat; qui querulo vocis tono, non sine risu composito proximi sui existi- mationem discipit. Homo est, qui offendant se- juna sua iis diebus, quibus jejuniare non tenetur, quin tamen ea servet, quæ de præcepto servanda sunt; qui sese pro humilitatem atproptet, hoc in peribant despectum reddit, qui per auctoritatem puni- per, & per elemosinas restituit. His omnibus signis adde hæc etiam; amorem erga seipsum; sextentas modicas curas, ut consular valeudini suæ tamquam reipublicæ pretiosæ; luxus quidem horrorem, sed exquisitissimæ elegantiz sollicitudi- nem; simplicitatem, ubi nihil deest, quod com- modum censetur, & quæ sine magnificentiæ ea querit, quæ intelligenti rerum existimatori ma- xime sapiunt. *Abbas Boileau in delectis sententiis.*

Verus devotus talis non est neque per statum, neque per libidinem, neque per simplicitatem. Si non negligit modica; his vacat, postquam majora observaverit. Non inhaeret muneribus, & alios proprio vacare sinit. Illos non prius lacrymis prosequitur, nisi ante seipsum fuerit proferens. De veritatis Religionis certis sese coram Deo humiliat, ti- met, sperat, amat diligens in obundis muneribus status sui, quæ ceteris quibuscumque præfert, in hoc præcipuum suum statum devotionem, ut illis rite perfungatur, in honore habens illos, qui exer- cent consilia, præceptis obtemperant. Sine partium adfectione conscientiam suam ponit inter manus alicuius ministri Dei, & sepe, quin tenet metho- dum orandi iuxta regulas, aperit Domino varias necessitates suas, illas vero animæ præsertim, & ab eo enixe quidem, sed simpliciter gratias sancti- ficationi suæ maxime necessarias precatur. Secreta oblectatio in suavitate dilectionis, quæ mere sensi- bilis est, & exterior contritio, quæ nonnisi oculo- rum dolore se exprimit, illum non fallunt. Omnia temporibus suis facit, & nihil in eo inordinatum reperitur. Hic fortasse in mundo non habetur de- votus, quia non querit ea quæ communia non sunt; sed nihil magis timet, quam ut, quæ com- munita sunt, prætermittat. Ex his iudiciis nonne vera devotio dignoscitur, & quid in illa potest in- veniri ridiculum? *Abbas Boileau in delectis sen- tentiis.*

Verus devotus talis videri non vult; non accu- patur ille occasiones sese humiliandi, sed obviis utitur. Letatur cum amicis, quin officiat fratrum suorum existimationi; hos excusat, ubi illi in- tegrum est, illos monet, cum tenetur, & impiorum irrisiones condemnat ea tristitia, quam vult præ- ferret, ac illorum detractiones resellit, illas audire abuens, vel minime credens. Si ab aliquo ladi- tur, querit illi beneficia pro injuriis rependere; has obliviscitur potius quam ulciscatur, & non ad- fectans contemni, ubi contemnitur, gaudet. Obla- tas sibi laudes respuit, quin majores sibi promere- ri velit sub specie repulzæ, quæ placet: officiosus erga amicos, nonnumquam etiam usque ad peicu-

Ejusdem argumenti.

Veræ pie- tatis im-ago.

Ejusdem argumenti conclusio.

lum honorum suorum, & libertatis, dummodo nul- lum adit periculum conscientiz suæ; nihil prodigens, nisi beneficia, & valetudinem suam; œcono- mus inde familiaribus, præterquam quod in elemo- synis quas de suis erogat bonis, quo muneris inten- tus, temporis sui custos, domi cum servis familia- ris, extra modestus, atque affabilis, orationi de- ditus sine indecora laborum deformatione, assiduus in Templo, quin illic videri appetat, Deum lau- dat ubique, illum super omnia colit, eique, quid- quid in vita sibi acciderit, benedicit. *Idem.*

Talis est naturæ nostræ corruptio, talis est chris- tianæ virtutis præstantia; pro una pietate perfecta plurimæ inveniuntur vitiosæ; pro una quam cha- ritas animat, sextentæ sunt quas urbanitas format singularitas imitatur, hypocritis simulat, superbia corrumpit, cupiditas fover, vanitas offendant. Cur enim dissimulanda sunt vitia, quæ vera pietas con- demnat? Ille mobilis, & incommodus est in sua devotione, & vult omnes in partes accedere illius ægritudinis, quam sibi sui vitia sanctitas adfert. Alter suis fratrum injiciens cupiditibus linguam coercere non potest, & a crimine abstinens occupat in criminibus aliorum enarrandis. Mulier inter varia pietatis officia sibi deligit ea, quæ ipsi ma- xime arident, eaque etiam antefert domesticis omnibus, & maxime necessariis officijs, & ceteris noxiis, quibus scætet, non ferendam adici præsum- ptionem. Ecce quo pacto impietas viam invenit pietati fidem abrogandi. *Abbas de Alençy.*

Vin cognoscere, S. Bernardus ait, utrum sine- re devotus sis? Attende loqueri quid diligas, quid metas, unde gaudes, aut contristeris. Unum Deum dilige, vel si quid amas præterea, propter Deum ama. Unum illud metu, ut Deo displiceas, vel si quid aliud metuis, propter Deum metu. In Deo tantum letare, vel si quod aliud obiectum tibi lætitiæ adfert, intueri illud tamquam illece- bram, quæ vitium, ut te ad seipsum alliciat. Ne do- leas nisi ob Dei iacturam, sive ob personalia tua crimina seu ob aliena, vel si quæ te alia torquet iactura, respice illam tamquam tentationem, quam ille disponit, ut te emundet, & sibi te propius ad- jungat. *Ex morali Dictionario.*

Hic non congerit opes, ut locupletetur, sed ut Variæ qua- litates hoc minis ve- re devoti.

de aliis benemeretur; studet, non ut doctor fiat, sed ut fratribus se utilem præstet. Non sibi potens est, sapiens, cordatus, sed ut Dominum eo cultu prosequatur, qui majorem illi conferat gloriam, sed ut proximo majori cum adificatione & fructu deserviat. Quamvis habeat columbæ simplicitatem, non ideo serpentis caret prudentia; novit etiam ex peccatorum vitijs proficere; & corruptiorum mor- talium iniquitates illi documento sunt, ut virtutem suam ab omni eorum nequitia præferat incolumem. Primus bajulat totum pondus illius iugi, quod aliis imponit, & sicuti verborum zelus inutilis est, nisi regatur zelo operum, ipse prius opere complet, quod mox aliis persuadet. Quotcumque habeat ini- micos, ipse nemini est inimicus; sui, suorumque compos sensum inter injurias, quibus læcessit, non parci solum, sed eas quoque oblivioni trade- re conatur. Lenitas, patientia, innocentia, sinceri- tas hæc sunt artes illius, hæc tota vitæ ratio. *Idem.*

Sancti Doctores quatuor hypocritis genera distin- guunt; simulare bonum, quod non est; dissimula- re malum quod est; verum bonum exaggerare; & malum etiam cognitum excusare. Hiæ judicemus, an mundus repletus sit hypocritis, quamvis quilibet privatim iactet sinceritatem, & plurimæ etiam pietatem. Quonam hodierna die evasit hæc vir- tus, quæ ab aliis exigitur, & quam omnes se ha- bere gloriantur? Exultat fere ab omni corde, ac il- lius dumtaxat nomine retentum est. Utinam nullus eorum inquit nobis hypocritis character, quos me- moravimus! Profecto potest hypocritis nobis homi- num laudem & existimationem promereri, qui alio- quin non perhorrescerent, si tales, quales sumus, agnoscerent. Sed nullone in discrimine habemus in caput nostrum Domini iracundiam convertere? *St. Hila- ri, mulatores, & callidi provocant iram Dei. P. Se- gneri.*

Nullus est Princeps, qui adulteratos nummos ul- tro citroque in Regno suo adhiberi patitur. Sed ægrus fert accuratius hoc scelus coercet, si aurum fuerit adul- teratum; cum enim aurum sit metallorum omnium præstantissimum, tunc majus est republicæ detri- mentum. Hoc ipsum dicendum est de dissimula- tione, quæ in devotionem, & sanctitatem obrepi- nos. Deus

Qui im- piam aniam præbet abrogandi idem de- votioni.

Notæ, ex quibus cog- noscitur utrum ve- ritas ve- ritatis si- mus. S. Bern.

Quatuor species hypocritis, & falsæ devotio- nis.

Deus haud ægrus fert hypocritam, quæ nummos adulteratos.

Deus satis raro permittit, ut qui sibi genus, scientiam, existimationem vindicant, minime detegantur...

Suscitatur Deus illuminatos homines, qui personam auferunt hypocritis, qui pietatis velo se tegunt.

Deus odit hypocritam, & quid illum odibilem faciat.

Trav. 17.

Hypocritis dum ad iracundiam provocat.

Job 26.

Isai. 28.

ibid.

Impii devotum irridunt.

ne filii sui nostrum sequantur exemplum, nostrisque voluptuariis oculis interfuit? Quot vero scelestas irrisiones super operibus, quibus vacabat? Quot mordaces ioci ad Arcei conspectum? Omnibus nobis perendum est, & insigni sarcasmo dicebant impij. Noe, filique eius in pietate sola sunt inventi...

Quam enorme discrimen inter nostram hanc asseram virtutem, & illam Sanctorum! Sape nobis pietatem non desse, nobis blandimur, quia illam aliquo habemus in pretio. Christiane virtutis amorem accipimus, quod saepe simplex est pretii, & meriti ejusdem cognitio. Volumus dignoscere, utrum vere devotionem habeamus? De hoc potius ex sensibus nostris, viamque ipsa judicium feramus, quam ex sterilibus desiderijs nostris. Heu! quam longe a vera pietate distamus, cum acres adeo tunc adhuc in nobis cupiditates; cum adhuc ille in nos dominatur. Numquid devoti fumus, cum adeo parum humiles fumus? Cum adeo sumus immortificati, adeo superbi, adeo molles? Sumusne devoti cum in omnibus nisi quomodo nostra? Sumusne devoti, cum alienis meritis invidemus, cum sumus ultionis cupidi, parum alienis infirmitatibus compatientes, parum sinceri? Sumusne devoti cum sumus avidi, ambitiosi, difficiles. P. Croiset.

Cam factus fui negligenter officia, frustra gloriatur aliquis omnium operum bonorum se esse confortem. Cum adeo parum mortificatus est, adeo proprio sensui inhaerens, adeo difficilis, & asper, certissime parum devotus est. Homo hujusmodi adeo morosus, impatientis, acerbus, cui nihil injucundum potest accidere, quoniam ejus mens, & cor acescit, quin atra bilis excutitur, hic homo semper tristis, ad ignem concipiendum semper paratus, facilis ad iracundiam, sed jure abriteri non possunt pietatis habere virtutem, multum inanis specie pietatis, quae extrinsecus fallat, sed multum hypocritis intus. Frequens Sacramentorum usus expeditissima est ad viduam sunt, cum post toties repetitam exomologesim, & synaxim aequae, ut antea, sumus imbecilli, frequens hic usus nequaquam est virtutis verum argumentum. Errorum abiciamus. Si nos Sanctis similes insipienter, in his, quae facimus, illorum imago inspicitur, est aliter virtutis haec mera species est, ac superficies, & larva virtutis. Quam longe absumus ab eo statu, in quo sunt animae verae virtutis amantes! Fateamur nobis nil virtutis inesse, quamvis illius habendam verum nobis inest desiderium. Petamus a Deo gratiam hanc, ut imposterum proflus alia fit vita nostrae ratio, dummodo videre possimus, non omnino vana esse nostra veritate virtutis desideria. P. Croiset in Aestheticis Exercitationibus.

Deus attendit solum ad eam causam, propter quam illi servimus. Homini, dicit Propheta, factis est externa species, quae fallit; Deus autem insuetur cor; & quantumvis dissimulatae sint causae nostrae, quantumcumque impeditae sint nostrae intentiones...

Utrum devoti sumus, intelligi satis non potest nisi ex nostra cum Sanctis similitudine.

Morum devotio quid sit, diu verum arguamur.

Exemplum hypocritis in personis Pharisaeorum.

Utrum devoti sumus, intelligi satis non potest nisi ex nostra cum Sanctis similitudine.

tionibus: ille explicat omnia, & perfecte omnes ambages nostras intelligit. Serviamus Deo cum simplicitate, & cum corde recto, atque sincero. Ne fidamus studiis nostris, consilijs, cordi. Devotio nostra sit pura, simplex, & humanis expedita rationibus, quae omne illius auferunt pretium. Studeamus adorare Deum, diligere Deum, servire Deo in spiritu, & veritate. Purificemus intentionem nostram non solum mane propter diem totum; verum etiam initio singularum actionum. Omnem humanum respectum horreamus. Honesto, & Christiano viro nihil indignius est, quam ubi de Religionis merito est, ob humanas causas operari. Deus debet merces nostra; igitur propter Deum tantum agamus. P. Croiset Tomo 1.

Pseudo-devoti potius mollem, quam pietatem sequantur.

Quot hodie mortales inveniuntur, qui sub pietatis persona vitam ducunt mollem, inertem, otiosam, quibus assera devotio conferre videtur jus in ipsa inertia, & otiositate vivendi. Nomine tenus devoti illas tantum aestimant laudes quae mortificationi, ac poenitentiae tribuantur. Nihilominus vitam tantummodo inveniunt, atque tranquillam requirunt. Molle nomen illis odio est, sed saepe molles sunt usque ad delicias. Prætextus valetudinis, quae ipsis necessaria videtur, eos confirmat, & amoris proprii artificium adeo callidum est, ut bene se omnia Deo dare arbitremur, cum nihil non quae ipsis commodare possunt, vel displicere. Hinc immodica illa sollicitudo in his, quae sibi debent operari, adfectata in moderandis laboribus diligentia, quos saepe secundum libidinem suam, amoremque proprium metiuntur. Hinc tandem vita illa molli, inertis, immortificata, morosa etiam, quae vera pietati est contumeliosa, & quae efficit, ut protervi homines dicant devotos delicatissimos esse, superbissimos, inertissimos, asperissimos, difficultissimos. Numquam profecto vita mollis vita Christiana fuit; cur ergo vocandi sunt devoti, qui rem, honoremque suum tantum inquirunt, & qui sub composito oris habitu vitam ducunt animalem permittentes molliem, quidquid illam decet, & quidquid illam fovere potest. Croiset in Aestheticis Exercitationibus Tomo 1.

Hypocritis etiam in claustris & solitudinibus.

Fallax devotio ita in omnes status, omnesque conditiones irripit, ut ea ne claustra quidem vacua sint; seipsum tegit quadam vitae austeritate, & in deserta penetrat ab hominum societate quam remotissima. Religiosus ergo status ab hac labe immunis non est. Amor proprius nos quocumque committit, & licet oblitus instituti severitas, professionis sanctitas, Regularumque rigor, cælet viam relaxandi coadam necessitatem, atque regularitatem. Utiur temperamenti fragilitate, praerogativa ministerii, nominis, dignitatis, ætatis quoque, ut molliem insinuet; & nonnumquam, seu per favorem, seu per dexteritatem pro vita laboriosa, mortificata, & penitente, ducitur vita mollis, ac iners, quam coacta tolerat indulgentia, sed quam Deus damnabit, & puniet. Quam igitur timendum est Religiosis aequae ac laicis ut pietatem suam in pravo conscientiae principio constituant! Tunc enim adeo hilariter, atque constanter peccatur, ut difficile sit, quod vitæ ratio unquam muretur. Idem ibidem.

Mala doctrina semper metuenda est, potissimum cum illam compositis oribus committatur. Hypocritis etiam perniciosum fermentum est, quod optimas quaslibet actiones corrumpit. Quot enim bona opera Pharisæi inutili labore efficiebant? Cum enim illa non facerent, nisi ad hominum existimationem captandam, nullam a Deo mercedem expectare debent. Quot bona opera in illis fiebant mala? neque enim aliud habebant principium, quam superbiam, quam cupiditatem hanc a S. Augustino vocatam malorum omnium originem, quemadmodum charitas est radix omnium bonorum. Cavendum est ergo a fermento hypocritis, nec perniciosis corrumpamur. Adfectata sanctitatem terrena nostra, nobisque timeamus desiderium, quo operadeo nobis laudibus excipi gelimus; quippe timenda est nobis quælibet licet secreta, ac interior oblectatio, remissioque amoris proprium in omnes actiones nostras obrepere posse, qui ubi fuerit ingreßus, tamquam periculolium fermentum omnia potest corrumpere. Tournæus in anno Christiano, Tomo 8.

Nihil magis oppositum, magisque inter se contra-

rium est, quam falsa, & vera virtus, & nihil tamen adeo facile simul confunditur, & in quo frequentius fallamur; utrobique eadem externa species est, utrobique eadem factus: utraque tabula omnino sibi similis. Lolii cælis non magis triticum imitatur; immo ut plurimum magis viret, vegetior est, ac uberior: talis & fallax virtus. Modestia a vera virtute separari non potest: nullus est hypocrita, qui modestiam fortasse etiam gravatorem non adfectet. Qui virtute præditus est, mortificatus est: Hypocrita videtur talis, & magis etiam, quam viri boni; severitatem crepat, indefinenter moralis disciplina laxitatem deplorat. Neque putes vitam ejus placitis ipsis ex aequo respondere; nil immortificatus, nil hypocrita mollius; sed nemo illo dissimulatur, nemo ad personas gerendas aptior, cumque omnia in illo simulata sunt, externa illius species simplices fallit. P. Croiset in Aestheticis Exercitationibus Tomo 1.

Lolium in agro Patristamiliis satum crescit inter triticum; immo magis allicit oculos, fallit, imponit, saepe etiam alius attollitur tritico, & hoc abscondit; haurientque plus humoris, atque nutrimenti, efficit ut triticum exarefacat, vel saltem ad maciem redigatur. Hoc accidit quotidie in agro Ecclesiae. Falsa devotio cum vera personam inducit, viros efficit protervos, cumque subdola finit, nihi, fallit, seducit. Sciens modestiam esse veluti frontem spiritualis ædificii, hanc imitari studet. Externa hæc species prodest, ut illam frustretur; sed numquid difficile est lolium fecerere a tritico? Vera pietas semper est humilis, lenis, cum charitate conjuncta; Deum unum querit; non audit importunos cupiditatum clamores, non molestas amoris proprii querimonias; & respicit sensus tamquam calumniosos. Mundus apud illam suspicione non caret. Dilatit de proprio corde; cum interim facta devotio omnia sua ambitioni, suæque utilitati sacrificat. Idem Tomo 1.

Alii corrumpunt via facili, commoda, & incuncta, quae tamen omnino adverterat via arctæ JESU CHRISTI. Putant illi pietatem sibi tantum esse instrumentum, & adfectam gravem oris habitum, ad severitatem compositum, & talem, qui placere possit pietatem, virtutemque diligenter. Ita haeretici non minimam orbis terrarum partem in errore induxerunt proterentes, se mores Ecclesiae præservaturos, cum non aliud quaerent, nisi illius doctrinam corrumpere. Verbo; Quicumque loquitur, & extrinsecus verba facit, ut veri loquebantur Prophetae, ad fallendos homines, errorum disciplinam; unum est ex illis Pseudo-Propheetis, qui sub ovina pelle fuit intus lupi rapaces. Tournæus in anno Christiano, Tomo 8.

Hypocritis ita seipsum dissimulare non possunt, ut si tenebit vita illorum inspicitur, saltem temporis beneficio quales sunt, non agnoscentur. Verba, & gestus eorum sunt frondes; arbor melius a fructibus dignoscitur. Jejunia, preces, elemosinae non sunt virtutes, sed actiones virtutis, cum principium eorum est charitas; peccata vero sunt, cum cupiditas earum est causa. Fructus, quos a nobis expetit Deus, & quos efficit per Spiritum Sanctum suum, ut nos feramus, sunt, Apostolus inquit, charitas, gaudium, pax, lenitas, fides, castitas. Denegetur his Prophetis, S. Augustinus ait, quod simulatione sua lucrari conantur; vel auferunt illis quod jam lucrati sunt, & liquebit ovium sint oves suis pelibus tecti, an lupi vel utrumque abscondit. Idem Tomo 8.

Agnoscentur Pseudo-Propheetæ ex actionibus suis; quemadmodum agnoscutur arbor, utrum sit bona ex fructuum suorum bonitate, atque tunc servatur, & colitur; e contra mala esse judicatur, cum fructus illius vel mali sunt, vel nulli; atque tunc absconditur, & in ignem conjicitur; similiter ut plurimum judicium ferendum est, quanti facientis sit vir ille, qui aliorum edocendum curam aggreditur, ex vita, quam ducit. Si enim criminosa est, vel si nulla in ea virtus agnoscutur, de illo diffidendum est, & ab illo cavendum. Idem Tomo 8.

Hoc certissimum est, & de hoc nobis persuasum esse debet pietatem nequaquam esse obicem temporalium negotiorum nostrorumque progressui; e contra communis, & maxime naturalis via est, ut omnia nobis cedant ex sententia. Nolletis, mihi certum est, prosperitatem per scelus nasci; & sane hoc ad illam via minime est. Scele-

estis consuetudini, quam verba, & facta devotio, nec nihil magis otiosum lavantur.

Ejusdem argumenti.

Hypocritis insensu ad virtutis personam gerendas, ut melius fallant simplices.

Quomodo curam adhibent hypocritis, ut se regant, iniquos semper facta eorum a verbis distempere.

Galat. 5.

Pietas, & devotio non obicem progessui nostrorum negotiorum.

mus quisque hac via fieri possit beatissimus. Facile est viro nullam habenti conscientiam, fallere, diripere, & bona congerere: verum si per honestas, christianasque vias id assequi optatis, solidam, constantemque virtutem habete; tunc sperare potestis temporales benedictiones, quibus gaudet Deus servos suos cumulare, vobis nequaquam desuturas. Has vobis proculdubio largietur, si divina Providentia, cuius secreta sunt ineffabilia, & ignota, non deductura vos est ad sanctitatem perviam tribulationum, per quas crebro incedere videmus eos, qui illi maxime devoti sunt. P. la Pesse.

Quis numerando assequi possit bona quae ex pietate recipit, qui hanc vere proficitur? Ea recensere non licet, quippe infinita sunt. Virtus nos in aqua continet moderatione, omnes regit gressus nostros, omnia desideria, omnia consilia, omnes denique sumptus. Nobis non permittit spem ullam, quae ab illa nos recedere cogat. Illa in solaciis nostris, omnem laxitatem, omnem prohibet intemperantiam. Illa nos jubet status nostri, nostrisque professionis officia replere. Per illam contenti sumus eo statu in quo placuit Deo nos collocare. Illa nihil veretur adversa, quia omnia illius volentia, omniaque consilia eo tendunt, ut Dei voluntas adimpleatur super illam in omnibus rebus. Illa cupida non est colligendi perituras opes per dolos iniustasque vias, ut praediorum fines extendat, & redditus suos augeat: quippe contenta est bonis, quae placuit Deo illi conferre. Denique accepta est Deo, & in minus hominibus displicet, nonne mirum est si tam profunda pace fruatur, qualis ea est, quae ab eo possidetur. Recens quidem.

Qui in Christiana Religione eruditus omnino spes non est, facile intelligit virtutem nunquam mercede sua vacam relinquit, & si quando languere videtur in tenebris, inde statim fulgidius emergere. Sola Deo placere potest, sola beneficium eiusdem digna est. Facendum est tamen non semper ita a Deo fieri, sed aliquando in obscuritate, tenebrisque relinqui; verum si id agit ad maiorem sui nominis gloriam, multo gloriosius pietati esse debet, se se adorabili hinc Dei sui consilio subicere. Hoc pacto Deus occasione bonis tribuit offerendi eidem cumulatis obsequium, & ipsi sibi tutiores, certioresque praebent honores, & praemia, quae illos in beata manent immortalitate. Virtus aliquando aliquam subire videretur iacturam suae dignitatis, ac lucis, nisi felicitas eam in terris sublevari non cessaret: tanta in luce non enitesceret: animae abiectione non illam propter ipsam illam magis, quam propter illius fulgorem haberent in pretio; magisque externa illius privilegia, quam vera ejusdem merita suspicerent. Sed quocumque sit tandem illius factum in terra, certo constat, illam solum dignam esse caelestibus donis, & benedictionibus. Hoc nobis persuasum esse debet, si aliqua nobis recti sensus particula supereff. P. la Pesse, & Recens quidem.

Propter terrenorum negotiorum eventus a tot pendet circumstantiis, ut Deus unus illam feliciter ad finem valeat perducere. Quamobrem nihil vobis antiquius esse oportet, quam Dei cor pietate sinceram, & minime fucata conciliare, ut ille conatibus vestris benedicere velit. Etenim quot rebus indigetis, ut tibi gravius aliquod negotium aggressi estis hoc vobis beneveniat? Vobis decertandum est cum anni temporibus, cum elementis, cum temporum perturbationibus, quin ullum adsit remedium, inversioni, quam parere possunt. Non desunt inimici, quorum invidia, zelotypia, secretae artes brevi omnia perturbare possunt vestra consilia. Si vobis sunt amici, facile possunt defecere. Quid igitur vobis faciendum est, cum tot undique vobis circumstant mala, & vobis sit ad omni parte timendum? Deo unice adhaerere oportet, & pietas praesentissima erit vobis rebus in omnibus medicina. P. la Pesse, & Recens quidem.

Vx nobis, S. Hieronymus aiebat, qui haereditario iure hauserunt spiritum, ac vitia Pharisaeorum, quos odit Evangelium. Quinam erant hypocritae isti adeo summi, adeo seduli caeremoniarum Legis observatores, nisi Idololatras faculi, qui omnibus in rebus omnium approbationem quaerebant? Hinc fluxit illa irreconciliabilis invidia, qua illi exarserunt contra Dei Filium, cuius existimantur nominum officiebant. Condonare illi non poterunt vitae sanctitatem, responsum sapientiam, miraculorum fulgorem, & doctrinae puritatem, qua omnia populorum omnium admirationem illi comparabant.

Heu! quam metuendum est, ut Christianus orbis sit adhuc imbutus fermento hoc Pharisaeo; a quo tantopere discipulis suis, ut sibi caverent, praecipiebat Salvalor; & quam verendum est, ut Synagoga labes Ecclesiae faciem dedecoret! Contermitte quicumque estis, inhærentes exterioribus Religionis ritibus, qui zelo succenti propter traditiones vestras magnum infringitis divinae charitatis praecipuum, quod nullam admittit divisionem in eo cultu, quem zelotes Deus flagitat. Timete, ut in his pseudo-justis, quos Dei Filius tanta damnat severitate vosmetipsos agnoscatis; licet ille erga peccatores non nisi pacis, & misericordiae verba loqueretur. Abbas du Barry in Sermone quodam pro Sancta Nativitate die.

Raro accidit, ut qui veram possidet pietatem habeat inimicos; & ut adeo ab omni ratione alieni inveniantur homines, qui illum oderint. Non multi occurrunt, qui illi bellum audent indicere, quin aliquam praetextant causam subdolan, concinnatam, cuius falsitatem aperire difficile non est. Virtus fere semper inta est ab iis timoribus, malis suspitionibus, insidiis, motibus, difficultatibus, quae pravorum Christianorum vitam amaram, & non ferendam efficiunt. Probitas explorata magnus progressus est, ut negotium beneverat. Tot viri boni in iudicium non vocantur: non intentantur illis lites levem ob causam, non audent omnes eorum tranquillitatem perturbare; immo cupiunt plurimi se se illis conjugere ut propriae consulant quieti. Veri etiam boni cognoscuntur, cum de utilitate sermo est; rediunt illorum, & bona fides prodit virtutem, qua amantur. Pseudo-devotus non erit adeo simplex & a cupiditate habendi alienus adeo in negotiis suis. Quorum hoc? Quia pietas vetat, ne propter fluxa bona solliciti simus, ne in illis amorem nostrum constituamus, ne mundanis gaudiis laetemur: sed tamen permittit, ut illa possideamus, saepe etiam eorum possessionem nobis efficiat faciliorem. Pius homo habetur in pretio: impium vero cuiusvisque vitae mortales perhorrescunt. P. la Pesse Tom. 4.

Hodie tam acriter vulgo contra pietatem invehitur, quia non cognoscitur, & confunditur cum hac exteriori hypocriti, quae tantam infert pietati contumeliam. Non desunt hypocritae, qui vere devotionis personam induunt; sed persona haec non diu nos fallit, & dummodo passim propius inspicatur, se se offendit calliditas. Lupi ovium pelle recti ovium duntaxat cutem habent, & sub hac semper suum ferox, carivorumque ingenium offendunt. Illorum vox, cibus, incessus, omnia illos produunt. Cardui nunquam ficus pariunt. Fructus arboris naturam non mentitur. Spinæ nunquam relinquunt aciem suam, & quantumvis eorum virent scabra folia, asperitas ab ipsarum fructu separari non potest. P. Croiset Tom. 5. Exercit. Ascetic.

Hypocritis veram devotionem fruitur imitari contemdit: fructus illarum nimis contrarii sunt, ita ut falli nequeat, qui propius eorum colorem observat, & gustat saporem. Nihil vera pietate suavis, nihil dulcius, nihil reverentia dignius. Habitus illius neque austerus est, neque molestus. Sita non est in immodici zeli excessu. Fastum odit, atque ostentationem. Humilis est, modesta, simplex, honesta, sine furo, sine simulatione, & sine duplicitate. Omnis fictionis inimica, animos sibi conciliat rectitudine sua, & cor lenitate. Gravis in simplicitate sua, quo humilior est, eo reverentia est dignior. Meritum eius non pendet a libidine, vel mobili hominum conceptu. Solida virtus illius est principium, gratia anima est, & Deus unus obiectum, causa, & finis. Immerito arbitratur aliqui rusticitatem devotioni esse ingentiam: quia reperitur aliquando in iis, qui se devotos esse profitentur. Inurbanitas vitium est, cuius nomine vera pietas damnatur. Devotio elegantiam non adfectat, sed ne minima quidem negligit urbanitatis officia. Salvatoris spiritus animata mundi Spiritum horret; Internecinum amoris proprio bellum indicit, ejusque communis exercitatio est sensus, & cupiditates mortificare. Dei voluntas illam ad agendum impellit. P. Croiset ibidem.

Dei Filius in cruce magnum est exemplar, quod vera devotio sibi proponit. Evangelium sua Lex est; vita Sanctorum schola. Christianorum omnium virtutum gravis illius occupatio, ac studium. Mortuus cogitatio tantum abest, quod illi gravis accidat, ut illam immo consoletur. Aeternitatis meditatio illam occupat, & Caelum obiectum est desiderium.

Difficile est numerare bona, quae nobis pietas procurat.

Deus nunquam relinquit in despecto virtutem ut illi maiorem lucem tribuat.

Propter circumstantiis, ut Deus unus illam feliciter ad finem valeat perducere.

Metuendum est, ut in Ecclesia multi ad hanc hypocrisis uterentur.

Vota pietatis bona.

Cor mundum desiderat deum, et sanctum, quia non est corruptum, et non est iniquum.

In quo facile lectorem possit vera pietas.

Exemplum Filii Dei, & Sanctorum, quae sunt formae, quae vera devotio sibi proponit.

rum, atque votorum illius. Pietas adfectata, & subdola remotissimas, & minime vulgares vias sequitur. Vera pietas nunquam ex suo statu egreditur. Humilis, modesta, lenitas, iugis mortificatione, charitas nullis contenta finibus, purum Deo placendi desiderium, summa in officiis suis obundantis solertia, generosa fides, ac universalis, confidentia in Deo sine ulla exceptione, immutabilis perseverantia, eventibus quibuscumque superior; haec apertissima sunt vere devotionis argumenta. Pater Croiset, Tom. V.

Vir iustus non metitur conditionem suam ex devotione, sed semper devotionem ex conditione, ad quam Deus illum vocavit, eamque potissimum in eo collocat, ut perfecte omnia status sui repleat officia. Nulla pietatis ostentatio; nulla extrinsecus reformatio; nulli genitus de aliorum laxitate, sed plus charitatis, integritatis, bonae fidei, mortificationis, humilis de semetipso sensus. Minus ardoris, ubi de honoris summa agitur, minus duritiae in alienis miseriis, minus mollietis quoad propriam personam. Hi sunt articuli praecipui, & veluti basis ac fundamentum verae devotionis. Quam gravis error est perfectionem suam extra statum suum quaerere! variae sunt conditiones; sed necessitas omnium officiorum obundorum est eadem. Non omnis Devotio accommodata est variis conditionum generibus: quod aliorum prodesse sanctitati, obesse aliorum saluti. Juxta Evangelium totidem sunt arbores, quae suos debent fructus ferre; sed singulae fructus suae speciei; & hoc efficit minus excusatione dignam nostram ignaviam, nostrasque indolentias. Idem ibidem.

Homo vera praeditur virtute, homo est omni amore proprio, omni simulatione, omni ambitione destitutus. Homo est quovis tempore severus sibi, nihil sibi parcens, mitis vero erga alios; in quorum gratiam excusat omnia: honestus sine adfectione, indulgens sine vilitate, officiosus sine spe quaeritis, sedulus legis observator sine scrupulis, Deo conjunctus sine contentione. Homo vere devotus est homo de se quam humillime sentiens, qui alios tantum habet in pretio, quin in illis respicit duntaxat eas virtutes, quas habent, & in seipso vitia tantum considerat, quibus obnoxius est. Cum illa supernaturalia duntaxat monita sequatur, non putat sibi injuriam inferri ab illis, a quibus contentiur; neque enim honorem, quem hi negant, deberi sibi putat. In sandorum schola invidiosus vel minima status sui officia praefert fulgidius diffinis adionibus, quae ab illis pendunt arbitrio, ac voluntate. Homo est, qui suam alit innocentiam exercitationibus mortificationis, semper voti sui compos, semper affabilis, semper pacatus, semper sibi constans, & inturbatus ita ut prosperis non infletur, non deiciatur adversis; quippe scit ab eadem manu vitae hujus tam bona, cum mala procedere, & sicuti sola Dei voluntas vitae illius norma est, semper facit quicquid vult Deus, & semper vult quicquid Deus facit. P. Croiset in Exercit. Asceticis.

Nolite errare; Deus non irridetur impune. Frustra inanibus ideis vosmetipsos pacificis, frustra vobismet vestrum conscientiae systema concinnatis; Deus secundum suum iudicat. Hominibus imponere possimus; sed Deo ipsi velle imponere, hypocritis larvam induit. Omnis haec species devotionis meret externa; omnes haec pietatis simulationes, nos nocentes efficiunt. Scrutatur Deus omnes cordis humani sinus, & latebras. Deus iustissime omnes intentiones, & causas nostras dignoscit. Deus conscientiae nostrae velles recessus rimatur. Quae impietas, quae insania velle ei dare verba! Et aliter vivere, ac profiteri credere, nonne hoc est. Deum irridere velle? Nihil infelicius fallaci conscientia. Quid lucratur aliis imponendo? quid autem nobismetipsis imponendo inani fulgore pietatis? Quid profuit hac omnia coacta argumenta ad colorem inflandum errori, in quo sumus, & eam, in qua vivimus, morum laxitatem probandam? Quia nobis placet excusare nostram vivendi rationem, quocumque tandem illa sit, nunquid ideo minus erit vitiosa? Quae semina veritatis homo: haec & metet. Idem ibidem.

Nihil magis odiosum est, & dici potest etiam impium, quam dissimulatio, & scurritas in iis, quae ad religionem, & pietatem pertinent! Quem de Deo conceptum imbibimus, cum illi simulato

oris habitu nos imponere posse putamus, qui similibus tantum fallendis accommodatum est? Populo quidem suum facere possimus illum artificialem splendore pertringentes: illi stupor injici potest grandiloquis verbis, & specioso reformationis praetextu. Secreto etiam amoris proprio officio profectus nosmetipsos fallere; non inustatum est, quod mens cor ipsum decipiat: cupiditates, illae vero potissimum libidinis, & superbiae, secreta habent machinamenta, quae facile molem omnem movent. Spiritus tenebrarum mirum in modum possidet artem sese in Angelum lucis transformandi. Praetextus ipsi, & rationes etiam magis speciose impressiones faciunt in anima, quibus resistere arduum est, & magis arduum illis non falli. Caecae nos crassioribus illusionibus mancipamus. Temere in errorem impingimus, eumque pertinaciter propugnamus. Deficimus a legitimis potestatis a Deo constitutis, & adhuc illi obsequium praestare opinamur. Verbo, servi sumus concupiscentiae, & desideriorum carnis; & cogitamus, nos vivere secundum spiritum JESU CHRISTI, & secundum purissimum Evangelium instituta. Cupiditas est primum agens; spiritus varitatis, ambitionis, ultionis est anima adionum omnium; & per miseram concitiam, per malignam illusionis, errorisque perniciam cupiditas accipitur pro virtute, & acrimonia, inimicitia, indignatio, odium ipsum pro zelo. In hac cordis, mentisque perturbatione tranquillam ducimus vitam cum soporis securitate, quasi Deus esse deberet contentus opella nostra, & favore quorundam specierum, admodum superficialium, nonnullorum bonorum operum, & personae pietatis vita ducitur, non mandata solum, verum etiam pagana. P. Croiset in Exercitationibus Pietatis.

Cum agitur de pietate, & amore Dei, saepe cogitationes, & lumina spiritus pro sentias, & ardoribus cordis accipiuntur. Cognoscitur quam amabilis Deus est, & obsequium etiam illam admodum amari videntes. Tunc illecebris equis, pueris sententias, illum a nobis diligi arbitramur. Complures falluntur, & obsequium aliquando videntes, & audientes, suam amorem erga Deum non nisi in imagine existisse. Cor habet imperium suum, quod minime pendet a mentis imperio. Cogitamus Deum mereri, ut ab omnibus amaretur; fatemur ingratiissimum esse, qui non diligit Deum; sed quia ita cogitavimus, & ita locuti sumus, dicere non possumus illum a nobis amari? Quamprimum cor ipsum nobis hunc errorem auferret. Caritas benigna est, patientia est, dicit S. Paulus; non invidet, non agit perperam, non inflatur, non est subdola, non querit, quae sua sunt, non irascitur, non cogitat malum; non gaudet ob alienam iniquitatem, vel damnum, sed gaudet de illis, quae sunt secundum veritatem, & quae prospera proximis accidunt; docilis est, humilis, lenis, constans. Ex hac tabula agnosce, utrum vere diligas Deum, & utrum sis in vera devotione. P. Croiset Tomo 5.

Pharisaei extrinsecus magnas exercebant austeritates, quibus populo imponebant. Legi nova superaddebant pondera, & acerrima propugnabant Patrum suorum traditiones, quas tamen ipsi saltem ex majori parte fuerant commenti. Diligentissimi erant in decumis perfolvendis, ut lege cautum erat; & adfectata supererogatione conferebant etiam trigessimam, & quadragesimam partem fructuum suorum, adiciens plura voluntaria sacrificia. Verum superbia, & hypocritis omnes eorum actiones corrumpebant; quia id unum quaerebant, ut in populo dominarentur, & Magnatum existimationem, & benevolentiam sibi compararent; itaque tanta in gente sua pollebant auctoritate, ut oracula, & Magistri haberentur. Occupare volebant primos recubitus in caebus, atque conviviis, & nisi in contemptis, & quadrivitis salus illis diceretur, nefas habebatur. Dei Filius nobis ostensurus, quanto odio ipse persequatur hypocritismum, & quanta cura hanc omnia evitanda sit, ipse subire non designatur laborem ad vivum nobis exprimendi hos pseudo-magistros, ubi inter cetera dicit, illos imponere sarcinas alienis humeris, quas ne extremo quidem digito volunt attingere; ut intelligeremus iis, qui aliis erudiendis dant operam, satis esse non debere, si extremo digito illis viam sequendam offenderint, sed re ipsa ostendenda esse, quae ab ipsis verbo traduntur. P. Croiset in Exercitiis Asceticis Tomo 5.

Nihil facilius, quam se ipsum fallere, cum agitur de pietate.

Ad Caritatem.

Ut vere devoti simus, sales esse oportet verbum, & operibus.